

Samuelbend O^g

In index locorum in hoc volumine
explicatorum.

- nr. 29 19. LXXXVII.
4. Matth. II. 17-18.
38 Luk. I. 78.
10 Act. XIII. 32. 33.
20 4th. V. 23.
18 Luk. I. 34.
11 Col. II. 14-15.
23 Eph. X. III. 2.
36 1 Petr. III. 18.
38 2 Petr. I. 19.
6 Jud. 9.
38 Apoc. XXIII. 16.

Ια. 41. 5 ΤΟΡΕΝΑΤΑ
 ΤΑ ΤΣΕΤΕΡΗΜΑΤΑ
 ΤΩΝ ΘΥΛΙΔΩΝ ΤΟΥ Christ 70.
 ΤΩΝ ΘΛΙΦΕΩΝ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ

S I V E

RELIQVIAE AFFLCTIONVM CHRISTI

COLOSS. I. XXIIII.

PROGRAMMA

S A C R O P A S C H A L I

A. R. S. M D C G L X I

IN ACADEMIA IVLIA CAROLINA

P. P

HELMSTADII

LITERIS VID. B. PAVL. DIET. SCHNORR

III

ΤΑ ΤΕΤΕΡΗΜΑΤΑ
ΤΩΝ ΘΛΙΨΕΩΝ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ
AD
COLOSS. I. XXIII

Νῦν χαίρω ἐν τοῖς παθήμασι με δὲ μῶν, καὶ
ἀνταναπληγῇ τὰ ὑπερήματα τῶν Θλιψέων τῷ Χριστῷ ἐν τῷ
σώματι με, δὲ μὲν τὰ σώματος αὐτοῦ, ὃ εἶναι ἡ ἐκληγτία

VULGATVS

*Qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis, et ad-
impleo ea quae defuncti passionem Christi, in carne mea,
pro corpore eius, quod est Ecclesia*

I

HAEC verba, primo aspectu dubia, nec pa-
rum in meritum Christi iniuria, interpreti-
bus haut paucis visa sunt. Immo nec defue-
runt in Pontificiis, qui colligi inde posse,
per passionibus Christi aliquid defuisse, passionibus
Pauli supplendum, existimarunt. Alii ineptierunt.

A 2

et si

III

et si perfecta et omnino sit consummata satisfactio Christi, eam tamen reliquise hominum operibus, ut per haec fructus meriti Saluatoris illis applicetur. Quapropter non indignus est locus, quem hoc tempore isto, quo memoriam celebramus meriti vndeque perfecti, quod resuscitatio exceptit ordine, (breuissimis quidem,) excuteremus. Insistemus autem, ut debet, vocibus. Nam dogmatice in grammatica re philosophari, aut ex compendio theologico partem aliquam *τῆς Οἰνοπότας* describere, id vero pudet, quominusque id faciam, me ipsum vereor.

II

AUDIVERAT Paullus, Euangelii praeco, dum Romano in carcere detinebatur, de fide et sanctitate 'Colossenium', ministerio Epaphrae excitata. Igitur animum laudat credentium, et agitatus Spiritus Sancti motu, quanquam afflictionibus in tristissimis, extinguere ipse tamen non potest affectum gaudii, sed de propagatione Euangeli salutarique Colossemium laetatur statu. Ait: Νῦν χαλέψ εὐ τοῖς παθήμασι με ὑπὲρ υπῶν. Nunc laetor in calamitatibus meis propter vos. Sunt qui putant, praepositionem εὐ, verbo χαλέψ adiectam, indicare rem cuius causa Apostolus laetetur. Vertunt: Nunc laetor DE calamitatibus meis propter vos.

Pofse

Posse haec ita verti ac intelligi, si modo reliqua facies orationis pateretur, nemo negat. Attamen in hoc loco, verbis EN τοῖς παθήμασι με, non causa gaudii, sed status Apostoli gaudentis, exprimitur. Captiuus enim tum ipse, vna cum Aristarcho, tenebatur, et Colossenses iubebat a) vinculorum suorum haut dememisse. Nullo potius alio dicuntur haec, nisi eo, sensu, quo alias Thessalonices doctrinam laudantur futarem cum gaudio suscepisse, EN θηλύες πολλῇ, in mediis eorum calamitatibus b)

III

SUSTINVIT haec Paullus mala, utilitatis principue et emolumenti, tum Colossemium, tum gentium aliarum, causa. Scripsit enim, se pati ὑπὲρ ὑμῶν. Haec verba recte Theophylactus c) ita explicat: 'Τηλές ὑμῶν ἵνα ὑμᾶς ὁ φελῆσσαι δυνηθῇ. Pro vobis; ut vobis prodeff̄ possim'. Et auctor Glossae interlinearis: d) *Pro vobis in Euangeliō confirmandis.* Excitabatur maior fiducia, maior salutis spes, si Colossenses Paullum cernebant tot mala sustinere. Vocula quidem ὑπὲρ subinde adhuc A 3 betur,

a) Coloss. III, 10. 18

ed. Lindsell

b) 1 Thess. I, 6

d) In Bibliis Duacens. T. VI, p.

c) Theophylact. ad b. I. p. 641. 615

VI

betur, si de passione, illa meritoria, exponitur. Obtulit enim Christus sese αὐτούσιον ὑπὲρ πάντων, pretium liberationis pro cunctis. e) At eo quoque se modo percessum esse, legatus Christi negat ipse. Num Paullus, querit, f) ἐσανεγόθη ὑπὲρ ὑμῶν; crucifixus est pro vobis? Quare eodem sensu exponitur vocula, quo Priscilla et Aquila scribuntur g) ceruices suas supposuisse ὑπὲρ ψυχῆς Παῦλου, pro vita Paulli; nimirum, ut virum sanctum, vel capitis cum periculo sui, tuerentur. Eodem (inquam,) sensu, quo pastor bonus suam ponit vitam ὑπὲρ τῶν προσεδάτων, pro ouibus. h) Intererea parum nego, posse etiam particulae ὑπὲρ eam significationem tribui, quatenus Colossenses fuerunt in caussa, quare Apostolus carcere inclusus esset. hoc sensu: *Quas calamitates perpetior propter vos.* Voce autem ὑμῶν, non vnicce Colossenses, sed *aliae quoque gentes*, queunt intelligi. Sacra cum *gentibus* commercia, iussu Dei peracta, fuerunt occasio, ut gentium doctor Romae captiuus teneretur. Clarius haec exprimere voluit Marcus Eremita, i) qui ad voculas ὑπὲρ ὑμῶν, pro vobis, addit τῷ εὐρῶν, gentibus. Mar-

cus

e) 1 Timoth. II, 6

f) 1 Corinθ. I, 13

g) Rom. XVI, 4

h) Joh. X, 11

i) Conf. Ioh. Croius, Observ.

ad N. T. XVIII, p. 144

cus fortassis memoria tenuit locum, quo haec addun-
tur, ad Ephesios k)

III

NEQVE vero gaudet solum legatus Christi de
malis, quae Colossemium caussa sustinebat, sed addit
etiam, se Christi calamitates, quae desint adhuc, suo
supplere corpore pro Ecclesia. Ait: Καὶ αἰτιαπληθ
τὰ ὑσερήματα τῶν Θλιψεων τῆς Χειρὸς ἐν τῇ σαρκὶ με, ὑπὲρ
τῆς σώματος αὐτῆς, ὃ ἐστιν οὐκ εὐληστα. Castellio: Et, quae
desunt, Christi calamitates, suppleo pro eius corpore, quae
Ecclesia est. Haec verba, dum audiuntur, videntur ali-
quid continere, quod arrogantiae cuiusdam sine ostend-
ationis vitium incurrat. Chrysostomus l) certe, illa
explicans, δοκεῖ μὲν, ait, μέγα εἶναι, ὅπερ ἐφθέγγετο
videtur magnum quid esse, quod loquutus est. Et Theo-
phylactus, m) δοκεῖ, scribit, ἀλλαζοντὸς καὶ απονενομέ-
νος εἶναι οὐ λόγος· videtur ostentatoris atque arrogantis hic
sermo esse. Enimvero, quamuis felix in proferendo
hoc

l) Eph. III, 1. Πάῦλος δὲ δύος Νῦν χρίστος ἐν τοῖς παθήμασιν
τῆς Χειρὸς ἡγεῖται ὑπὲρ ὑμῶν ΤΩΝ ΤΠΕΡ ΧΡΙΣΤΟΤ
ΕΘΝΩΝ. Obiter addo, Theo- l) Chrysost. Homil. III in Ep.
doretum (Orat. X de Prouid.) ad Coloss. p. 181, Opp. T. VI
verba Apostoli Coloss. I, 24 m) Theophil. L c
ata legere, ac si scripsisset:

VIII

hoc sensu audacia, stili indicium sublimioris, n) deprehenditur, neutiquam tamen iactantia continetur nec insolentia in verbis his, quia recte potius explicata puro singula de fonte fluant.

V

CREDENTIVM perpeſſiones, *Chriſti perpeſſiones* (Θλιψις τῆς Χριſτοῦ) nominare, ſacris literis non eſt inuſitatum. o) Cuius denominationis cauſſam, haut vnam, ſtatiu ad Apoſtolum tranſferemus. Primum quidem, destinata ei a Chriſto, et quaſi erat admenſa, certa portio afflictionum; ſiquidem Dominus ad Ananiam, ὑποδέιξω, ait, p) αὐτῷ, ὅτα δεῖ αὐτὸν ὑπὲρ τῆς ὀνόματός με παθεῖν. Oſtendam Paullo, quanta ſint ei patienda propter nomen meum. Quibus verbis ſimul alia indicatur cauſſa, ob quam ille afflictiones ſuas proprias, *Chriſti afflictiones* vocet. Nam et Chriſti cauſſa, et propter doctrinam ac veritatem Chriſti, cum affer tam, tum defenſam, Romae captiuus tenebatur. Itaque loco non vno q) ſeſe δέσμοις τῆς Χριſτοῦ, vinctum Chriſti, id eſt, ſocium in calamitate Chriſti, r) nomi nauit.

n) Longinus n. 24. ſect. VIII p) Act. VIII, 16

vocat τὸ περὶ τὰς νόητρας ἀδόκητην q) Eph. III, 1

έργαν

o) 2 Corinth. I, 5

r) Apocal. I, 9: Συγκοινωνὸν ἡρτῆς

Θλιψις τῆς Χριſτοῦ.

VIII

nauit. His cauissis accedunt etiam aliae. Nam, qui cum Christo patiuntur, similes imagini Christi, similes gloriae eius fiunt denique; et Christus autem, tanquam caput, membrorum suorum dolores, doloribus ipsis suis accenset. Ecque igitur mirum videbitur, si has suas afflictiones, τὰς θλίψεις τῷ Χριστῷ, afflictiones Christi, nominet Paullus, instrumentum illud Christi selectum hoc? quemadmodum et alio loco, se, et reliquos credentes, dicit, /) τὴν ῥέωσιν τῷ Χριστῷ, occisionem Domini Iesu, in ipsorum corpore circumferre. Patet ex his, loquutionem τὰς θλίψεις τῷ Χριστῷ, non calamitates quas Christus subiit, sed Genitium illum τῷ Χριστῷ indicare cauissam, propter quam Paullus patiatur. Grammatici, Genitium Obiecti vocant

VI

QVVM igitur per τὰς θλίψεις τῷ Χριστῷ intelligantur Paulli calamitates, dispiciendum iam erit, quaenam sint τὰ ὑπερέματα calamitatum istarum. Sunt, qui per passiones Paulli putant ὑπερέματα vocari, intuitu per passionum Christi, ut quae tempore, grauitate, amplitudine et copia, προτερεύματα essent. Quapropter

cum

B

/) 2 Corinth. III, 10

cum Ioh. Henr. Suicero, *t*) et aliis, τὰ ὑπερίμωτα con-
uertunt per posteriora. Dicunt, calamitates Paulli, po-
steriores, et item etiam inferiores esse calamitatibus
Christi; has enim sicuti tempore priores, ita etiam
longe potiores eminere. Quid est, quaeſo, quid est
argutari, si hoc non est? Non dissimilem iactat philo-
ſophiam Frid. Spanhemius. *u*) Ille, afflictiones a
Paullo exantatas, ratiocinatur, ὑπερίμωτα nominari, quia
passionibus credentium ſemper decriit aliquid, quam-
diu viuunt. Praeuiuit his acutiffimis viris vetus Glosſa,
quae apud Oecumenium *x*) legitur: "Οσα δὲ πάθωμεν,
ΤΣΤΕΡΗΜΑ ἐσι πέδε τὰς Θλίψεις τῷ Χριſτῷ. Πῶς γὰρ
δὲ εἰπαντὶ θεοῦ τὸν δεσπότην ὑπὲρ δύλες παθεῖν δαι τὸν
δᾶλον ὑπὲρ δεσπότες; Οὐ γὰρ ισον, εὖ δὲ ἔμοιον. Quaecumque
patinur, D E F E C T V S ſunt prae iis quae paſſus
est Christus. Quomodo enim id, quod dominus pro seruo
paſſus est, per hoc vicifim adimpleri poſſet, quod seruus
patitur pro domino? Non enim hic aliquid aequale aut
ſimile. Praeter hanc Glosſam, conſentit etiam Photius
in Amphiliachi, *y*) cuius verba non piget adſcribere:

Ta

t) Snicer. Comm. in Ep. ad Co-
liff. p. 57. Add. Ioh. Druf.

Opp. p. 164

u) Spanhem. Opp. T. III p. 315

x) Oecumen. Opp. T. II, p. 125
ed. Morel

y) Photii Amphiliach. Quaeſt.

143: Thru ἦ τὰ ὑπερίμωτα τῷ

Τὸν ὑπερέματα τῶν θλύψεων τῇ Χριστῷ αἰνιγμηρῷ· - - - -
 Τετέσι· τὰ ἐμὰ πάθη τοτέτον ἀπέχει τῇ παραβίλλετθαι
 τοῖς Χριστῷ, ὡς εἰ μόνον τὴν πρὸς τὰ μέίω σύγκρισιν ἐτολ-
 μᾶ, ἀλλ’ εὐδὲ τοῖς μέσοις συντάσσεται, τοῖς ὑπάτοις δὲ καὶ
 τελευταῖς, ἀγαπητῷ ἐμῷ τῷ συνεζετάλασθαι. “Οσον γάρ
 εἴναι αὐθεόπις Φύσις ὑπὲρ Χριστὸν πράξῃ καὶ πάθη εὖλον εἰναι
 τάξιον, εὐδὲ ἐγρήγορος, ὃν αὐτὸς ὑπὲρ ἕρμῶν ἔπαθεν. Id est:
 Τετέσια passionum Christi supplex. Quasi diceret: Ca-
 lamitates meae, tantum abeunt, ut cum Christi illis com-
 parari possint, ut illas non cum maioribus comparare au-
 deam, immo nec cum mediis conferam, sed cum ultimis
 tantum et postremis coniungendas esse censem. Quaecumque enim hominis natura pro Christo vel faciat, vel patia-
 tur, eorum nihil est, quod in eundem censem venire possit,
 nec quicquam ad illa accedit, quae ipse pro nobis est per-
 pessus. Sed, parum indigemus scientia dogmatica in
 hoc vocabulo explicando, quoniam grammatica deci-
 dit litem. Scimus, τὸ ὑπέρμα saepè penariam, indi-
 gentiam significare; vti ὑπέρεν et ὑπέρεσθαι, inopiam
 pati. 2) Neque est significatio illa ab hoc loco nostro
 aliena. Attamen τὰ ὑπέρματα Græcis sunt idem etiam
 quod ὑπολείμματα, hoc est, reliquiae, residuum, id

B 2

quod

Χριστός, οὐκον δὲ Παῦλος ἐπιλέγεται; 2) Phil. III, 2. Conf. Steph.
 p. m. 722 Thes. Gr. Ling. voc. ἑτερομετα

XII

quod remansit adhuc, et deest. Ist hoc sensu Photius modo laudatus a) ὑσερηματα vertit ὑποσηματα. Ist hoc sensu accuratius adhibetur vox ὑσερημα, tum nostro hoc, tum aliis pluribus in locis Noui Foederis. Ut duo e multis demus, sic apud Lucam, b) vidua illa paupercula conferrebat in fiscum sacrum εν τα ὑσερηματος αιτησι, ex eo quod ei supererat, id est, ex reliquiis, ex residuo facultatum suarum. Sic Paullus Philippenium munus, quod ei Epaphroditus attrulerat, vocat c) ὑσερημα Philippenium; id est, ut recte Theophylactus, d) τετο, ὁ ὑσερηματε ιψεις, quod deerat hic usque vobis. Quare in hoc etiam loco, Apostolus, laetus de sua calamitate propter fructum insignem, ad ercentes redundantem; quia stadium tamen sue vitae nondum concesserat, sentiebat, ὑσερηματα quaedam, quaedam residua, reliquias, superesse, quasi quaedam complementa quae adhuc deerant calamitatum, ad martyrium usque. Geneuenenses pulchre admodum verterunt: *le reste des souffrances*

VII

- | | |
|----------------------------------|---------------------------------|
| a) Phot. I. c. p. 723 | philoch. p. 723 |
| b) Luc. XXI, 4 | d) Theophylact. ad h. I. p. 602 |
| c) Phil. II, 30. Add. Photii Am. | ed. Lindf |

RELIQVIAE quae adhuc deerant afflictionum,
animo has lubenti compleat Apostolus. Ait: Καὶ ἀνταπληγῶ τὰ ὑστερήματα τῶν Θλιψῶν τὴς Χεῖσδεν εἰς τὴν σωτηρίαν. Interpretes non pauci spectra emphasis hic vident. Existimant, Paullum haut sine causa usurpare verbum ἀνταπληγῶν, duplice praepositione compositionem. Praepositionem διατάξουσα dicunt, significationem intendere; διατάξη autem esse idem quod *vicissim*, *contra ea*, ac respicere ad persecutiones Christi. Quasi diceretur: Ego alacriter expleo *vicissim* calamitates. Georgius Raphelius, e) et si vir Graece ceterum doctissimus fuit, tamen persuasum sibi habuit, Christum dici posse ἀνταπληγῶν τῶν Θλιψῶν, Christianis vero conuenire verbum ἀνταπληγῶν, quum et *ipso vicissim* multa propter Christum perpetienda sint. Raphelius Photium, quem quidem non nominavit, sequutus est. huius verba deinceps adscribemus. Quid, quod Ioh. Clericus, f) et mystes quidam Amstelodamensis, Herman. van de Wall, g) verbum exponunt *hoc*, ut eorum

B 3

vnice

e) Raphel. *Annot. Philol.* T. II,

p. 530 ed. Amst

f) Cleric. *Annot. ad Hammond.*p. 227. Idem repetit in *Art.*

Crit. P. II, 1, 12

g) Van de Wall *Bibl. Bremensi-**Clas.* III, p. 210

XIII

vnice dialecticae et ἴδιογνωμοσύνη conuenit? Etenim fundamento caret omni, quod coniecantur, Paullum ad vitae suae, olim in Iudaismo actae, respicere tempora, et ἀντανακληση̄ significare vicissim nunc Christi causā patior, quemadmodum similia olim pati coegeram alios, quos male habebam. Addit Clericus, ex capite (ni fallor,) de sophisticis elenchis, aut alio quo tali: est ea vis praepositionis ἀντί. Sed talia dextre retudit Iacobus Elsnerus, in Bibliotheca Bremensi: b) quemadmodum, ab altera parte, Triglandi et Whitby philosophumena Venerab. Heumanus i) detergit. Non defunt etiam inter veteres, super hoc verbo ἀντανακληση̄ arguti. Chrysostomus enim, k) ut hoc utar, illustrat illud verbum a duce exercitus, cuius, utpote vulnerati, vices et vulnera legatus suscipit, donec bellum finitum est. Eadem virtutur similitudine Theophylactus. l) Et ἔτι, ait, ἐχεώσει παθένι υπὲρ ὑμῶν ὁ Χριστός, ἀπῆλθε δὲ καὶ εἰς ἀπέδωκε τὸ χρέος, ἐγὼ τῷτο ἀποδίδωμι. Οὐταρεῖν εἰ τῇ σφατηγῇ ἀπόντες, ὁ υποσφατηγὸς τῆς Φάλαγγος ἵπεμαχῶν εἰς τὴν ἐκείνη τόπον τὰς, τὰ ἐκείνη τετράπατα αὐτοῖς.

- b) Elsner. *ibid.* p. 753. Add. e. k) Chrysost. *Hom. III in Ep. ius Obscur. Sacr. T. II. p. 260 ad Colos. p. 181*
 i) Heum. *Exposit. T. VIII, p. 476 seqq.* l) Theophil. *l. cit.*

τος ἀναδέχοτο. Si adhuc deberet pati pro nobis Christus,
abiiisset autem nec reddidisset debitum, ego haec reddo.
Quemadmodum si duce exercitus abeunte, legatus ducis pro
phalange dimicans, in illius locum constitutus, vulnera
ipsius recipit. Enim uero, haec similitudo omnino non
conuenit huic loco, quum dicendum sit potius, Paul-
lum simplici sensu indicasse, se animo suppleturum lu-
benti, quantumcunque adhuc deesset afflictionibus suis,
ex sententia Dei perferendis, ut, quod reliquum sit
in poculo Domini, exhaustiat

VIII

EQUIDEM parum video, quomodo ex notione
verbi ανταναπληρω̄, efficacia quaedam singularis seu em-
phasis deducatur. Photius quidem, in Amphilochiis,
distinguit inter haec duo, αναπληρω̄, et ανταναπληρω̄.
Huius verba, dixi antea, me adscripturum. m) 'Ο
Παῦλος ανταναπληρω̄ τὰ ίστεματα τῶν Θλιψεων τῷ Χριστῷ.
Τέτο γάρ μᾶλλον ἐγγύτερον καὶ τῇ τῷ ἔμματος ἐμφάσει.
Οὐ γάρ απλᾶς φησι ΑΝΑΠΛΗΡΩ, ἀλλ' ΑΝΤΑΝΑ-
ΠΛΗΡΩ. Τετέτοντι ΑΝΤΙ δεσπότεται καὶ διδασκάλε δ δε-
λος ἐγώ καὶ μαθητὴς τὴν ἐπίνειν διακονίαν ὑπελθῶν, καὶ τὰ
ιστεματα τῶν Θλιψεων αὐτῷ ανταναπληρω̄. "Α γάρ ἀν-
τίκον

m) Phot. *Amphil.* p. 724 f

XVI

κένος ὑπέστη, μὴ παραθέμενος μοι τὴν διανοίαν, ἐπεὶ προέλθειν ταύτην, εἰρότως καὶ τὰ ὑπερέματα τῶν Θλήψεων αὐτᾶς ἐν τῷ σώματι με ANTANAHΛΗΡΩ. Id est: *Hoc enim etiam ad verbi, quo utitur Paulus, efficaciam, proprius accedit.* Neque enim simpliciter ait ἀναπληφῆ, sed ἀνταναπληφῆ: Hoc est, PRO Domino et magistro, seruus ego et discipulus, ministerium eius suscipiens, reliquias quoque possessionum eius VICISSIM suppleo. Quae enim ille percessus est, quum nondum mihi hanc prouinciam credidisset, eorum, postquam illam suscepī, reliquias in corpore meo supplere conuenit. Photii auctoritate, ni fallor, motus, Ioh. Christophorus Wolfius, ὁ μακεδών, mauult etiam ipse n^o) praepositionem ἀντί in hoc loco vertere per vicissim, exempla addens non pauca, in quibus ἀντί eam vim habet. Non nego, illud ἀντί frequenter hanc notionem obtinere in verbis compositis. Attamen notio propria praepositionum, quibus verbum aliquod componitur, in scriptorum vsu non semper constat. Sic verbum ἀναλαμβάνεσθαι, in vsu scriptorum, est simpliciter curam gerere, operam dare, non, vicissim aut contrarium curam gerere. Sic ἀντεπέξερχεσθαι est obuiam ire; ἀνταποδίδονται, dare. Ἀνταναγένεν idem est ac ἀναλαμβάνειν, destruere, tollere; ἀνταναπλασθεῖν idem

n^o) Wolf. *Cur. Phil. et Crit. ad b. l. p. 299*

idem est quod ἀνακήσθαι, reflecti. Nolo plura. Simili modo sese res habet cum verbo ἀνταναπληγέν τὰ ὑσερῆματα. Id enim, stilo sacro Paullino, nihil aliud est quam ἀναπληγέν τὰ ὑσερῆματα, sine emphasi. Paullus in epistola ad Philippenses o) scribit: Ἰνα ἀναπληγώτης τὸ ὑμῶν ὑσερῆμα. In priori ad Corinthios: p) Χαίρε, ὅτι τὸ ὑμῶν ὑσερῆμα ἔτοι ἀναπλήσθαν. Denique in posteriori ad eosdem: q) Προσαναπληγέσθα τὰ ὑσερῆματα τῶν ἀγίων. Ex his locis perspicuum est, verba ἀναπληγέν et ἀνταναπληγέν neutiquam differre, et illud autem ἀνταναπληγέν, in hac ἐπιτει ad Colossenses, nihil aliud indicare, quam implementum eorum, quae adhuc sint patienda. Quare sensus verborum Paulli, (vt Vatablus r) iam vidit,) hoc reddit: “ Multa tuli, multa per-
” pessus sum hoc usque, pro veritate doctrinae Christi:
” alia etiam supersunt adhuc patienda. Quicquid au-
” tem adhuc deest quod perferatur, id omne animo
” hilari complebo. „ Ceterum, Theodoretus ἀνανα-
” πληγῶσιν illam, complementum illud de quo Apostolus loquitur, restringit nimis. Id factum esse in primis,
putat,

C

o) Philip. II, 30.

r) Vatabl. in Biblio Crit. ad

p) 1 Cor. XVI, 17

h. l

q) 2 Cor. VIII, 12

XVIII

putat, quum ille Euangelium docuerit. Verba Theodorei^{f)} haec sunt: Ἀντενεπληρῶν ἕφη τὰ ὑπερήματα τῶν Θλιψεων τᾶς Χριστᾶς, ὡς τὸ λειπόμενον πληρῶν καὶ τὸ ὑπὲρ τέτες παθήματα ἀνεχόμενος. Ἐλείπετο δὲ τὸ μηρύκαι τοῖς ζήνεσι καὶ δεῖξαι τῆς σωτηρίας τὸν μεγαλόδωρον χορηγόν. Hoc est: *Adimplete se dicit ea, quae desunt afflictionum Christi, ut qui, quod restabat, impletat, et ideo perpassiones sustineat. Restabat autem, ut praedicaret gentibus, et se munificum salutis largitorem offendere.* Etsi autem non negem, inter calamitates Pauli etiam has referri, quae ex ministerio Euangeli, odio hostium, enascebantur, rāmen Apostoli ὑπερήματα τῶν Θλιψεων τᾶς Χριστᾶς, completa demum fuerint tum, posteaquam is vincula, et ipsam denique mortem, forti animo sustinuit

VIII

HAEC interpretatio grammatica quum adeo plana sit facilisque, viri erudit et literarum intelligentes contemnent istam insipientem, istam fucatam eorum sapientiam, qui, dum detrahunt de perfectione meriti Christi, in hoc Pauli loco praesidium quaerunt. Nullus apex, nulla ibi vox est, quae de aliquo defectu passio-

f) Theodoret. *Opp. T. III, p. 349. ed. Sirmond*

passionis Christi dicat. Ipse Claudio Espenaeus, t)
quamvis sacrorum Romae addictus, fatetur tamen,
hunc locum nisquam minus spectare, quam quorsum eum
torsit auara posteritas. Per ὑπερήματα τῶν Θλίψεων τῆς
Χριστοῦ, afflictiones, quas Paullus sustinuit doctrinae Chri-
sti caussa, intelliguntur, quarum bona pars consum-
mata iam fuerat; reliqua autem adhuc adimplenda re-
stabant. Paulli inquam, non Christi afflictionibus, tri-
buuntur τὰ ὑπερήματα, ut verba clare enuntiant. Non
sacerdotali Christi, non propheticō officio, datur adim-
pletio ὑπερημάτων. Repugnat verba: repugnat gram-
matica interpretatio; sola illa legitima, sola euidens, et
adeo certa, ut analogia Christianae doctrinae nec con-
firmari, nec defendi, nisi his rationibus adhibendis,
possit. Sed haec quidem disputatio alius est loci, ac
pridem a me occupata. Iam enim id agimus, ut his
diebus festis recordemur Christum, tanquam piaculum
totius mundi, cuius, ut ex mortuis excitati, nulla am-
plius mortis ὑπερήματα, denuo subeunda, restant. In-
stauremus igitur pie memoriam huius meriti vndique

C 2

per-

t) Espenaei Opp. p. 343. His
verbis Espenaeus suam pro-
priam perstringit Ecclesiam,
quae ex his Paulli verbis,

satisfactiones humanas sta-
bilire, quaestus caussa, cona-
tur. Conf. b. Thom. Ittig,
pecul, Diff. super h. l. p. 34

XX

perfecti, peccatoque liberati ac Deo emancipati, feramus fructum ad sanctitatem atque integritatem. Quae et si integritas, Pauli exemplo, comitem saepe fert τὰς θλίψεις τὰς Χριστούς, attamen mundi, agite, cuniculos iniuriasque, quasi τὰς ὑπερηφάνας τὰς θλίψεις τὰς Χριστούς, sustineamus, et perferamus lubenter, ut simul patientes cum Christo, simul etiam gloriosi siamus.


P. P. in Academia Iulia Carolina, A. D. XXII

Martii, A. I. S. MDCCCLXII

153883

X 2286633

R



TA HISTORIATA
 TA TΣΤΕΡΗΜΑΤΑ
 TON Thyseon της Χριστού
 ΤΟΥ ΟΝΟΦΡΙΟΥ ΝΩΣΙΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ

S I V E

RELIQVIAE AFFLITIONVM CHRISTI

COLOSS. I. XXIIII

PROGRAMMA

SACRO PASCHALI

A. R. S. M D C C L X I

IN ACADEMIA IVLIA CAROLINA

P. P

HELMSTADII

LITERIS VID. B. PAVL. DIET. SCHNORR

